

A Hoc genere & chordas, & pletra, & barbita conde, Omnia mercatus, cras citbaradus eris.

Magna fuit eruditio Joannis pici Mirandule, non minor tamen ambitio, qui adhuc adolescens Romae cels. quæstionibus propofitus, orbem terrarum in certamen provocabat, sumptus etiam iis restitutus, qui eò disputandi causa accessissent. Cæterum invidiorum calumnias circumventus, desiderio suo non potuit satisfacere. Joannes Franciscus in ejus vita.

CHRISTOPHORUS Cardinalis Eboracensis, ut indochiffimus, ita ambitiosissimus, Reginaldo Cat. Polo & Thoma Moro presentibus, verum Homerum adducere laborabat, quem memoria sibi excidisse dicebat. Morus ad Reginaldum conversus, Edm. mox inquit, Tum Christophorus: Et hic ipse est, dixit, quem volebam: verum exciderat. Garimbertus lib. 3. de vitis Pontificum.

BARABALLUS Cajetanus vir fenex, honesta ortus familia, at inceptus poeta, versibus ab omni vocum & numerorum enormitate faciens, lauream poeticam affectans, elephantos insidens, insigni pompa in Capitolium se duci voluit: B quod in Capitulo Patriarcham quondam coronatum fuisse audivisset. Jovius in Leone X. lib. 4.

Mechanica industria. Vt vide Titulum, Ambitiosi mechanici.

Fuit Pandareo Epheso filia Edon, eam duxit Polytechnus faber, Colophone Lydæ habitans: plurimumque temporis suavitè unà vixerunt, unico filio procreato, cui nomen Irys; fuerunt autem felices, quando deos debito affectu honorè. At postquam inani voce gloriati sunt, magis se invicem amate, quam Jupiter & Juno se mutuo diligant; Juno offensa Eridem ad eos misit, que contentionem operum inieceret ipsis. Paululum restabat Polytechno ad curulem selam conficiendam, & Edoni ad pertexendam telam. Itaque hanc sponsonem in eunt, ut uter ipsorum celerius suum opus absolvisset, ei alter famulam daret. Cirius telam pertexit Edon, Juno ne opus advancet. Cui invidens viçtoriam Polytechnus, ad se eorum proficiscitur, simulans se ab uxore missum ad abducendam secum fororem Chelidonem: & Pandareus nihil mali suspicatus, filiam Chelidonem ei committit. Ei Polytechnus in sylva virginitatem

eripit: tonsoque capite, aliis eam vestibus induit: mortemque minatur, si quid horum unquam Edoni indicasset, ita domum reversus, eam in xori loco ancillæ ex pacto tradit. Aliquando eam fore operis exigendis attrivit, donec Chelidonis cum ura ad fontem prolixè suam deplorans calamitatem, à forore exaudita est. Postquam se mutuo agnovērunt, & consalutarerunt, malum illic Polytechno sunt machinate. Filium ejus in frustra coniderunt, comes in ollam conjectas coxerunt: cumque Edon vicino suo mandasset, ut Polytechnum eas juberet edere, ipsa cum fore ad patrem Pandareum pervenit, indicavitque in quas devenisset miseriam. Polytechnus cognito, se de filii sui carnibus epulatum fuisse, eas ad patrem atque infecutus est. At filii Pandarei cum, quod tantum familia Pandarei probum intulisset, correptum, insolubili vinculo constrinxerunt: corpusque melle inunctum, in pascuum proiecērunt. Ubi cum melle affidentes cum divexarent, Edon ob pristinam miseratam amicitiam, eas abigebat. Quod cum deprehendissent parentes & frater odio concitati, eam statuerunt interficere. Sed Jupiter Pandareum miseratus, antequam in domum ejus graviora incidere mala, eos omnes in aves convertit: que partim ad mare usque provolarunt, partim in aere subvolarunt. Pandareus mutatus est in halieutem, mater Edonis in alcyonem: statimque se in mare voluerunt dejicere, sed Jupiter id prohibuit: atque hec aves navigantibus sunt secunde. Polytechnus in Pelecanem transit, quod ei Vulcanus fabricanti securum dedit, atque ea avis fabricæ viâ fausta est. Frater Edonis upupa exitit, que avis terra marique est auspiciaria: idque magis si conjungitur halieuto, aut alcyoni. Edon que est lucinia, circum illuvios & nemora filium Iryn deplorat. Chelidonis hirundo facta est, hominum contubernalis, Diane consilio: quod in vita virginitatem amittens, plurimum in vocasset Dianam. Antonius Liberalis ex Baii Ornithozonia.

Talus puer ab avunculo Dædalo erudiebatur: cum ingenii acuminè præfaret, primum rotam, qua utuntur figuli invenit: deinde reptera serpentis maxilla, parvulum cum scæfaret lignum, feram ferream fabricavit. Similiter reperito tornio, aliisque multis instrumentis, magna laude celebratus est. Hunc puerum Dædalus invidia motus, existit-

mans se multo fore superiore, dolo interfecit. Accusatus homicidii, damnatur ab Ateopagitis Athenis. In Cretam profectus, cum magno in honore propter artem haberetur, in Minois regis amicitiam venit. Diad. lib. 4. cap. 13.

L. TATIUS Rufus infima natalium humilitate, consularum militari industria meritis, antiquè aliàs parfomoniæ, circiter mille festum liberalitate divi Augusti congestum, uique ad detractionem heredis exhausti, agros in Piceno coemendo, colendoque in gloriam. Erasmus in Adagis.

Prudentia. Vt vide Tit. Certamina consulariorum, quatenus mali consultores ex suis consiliis gloriam captant.

Fortitudinè bellica. Vt vide Tit. Nonomachiarum, quatenus inconsultam fortitudinis ostentationem subeunt. Item paulo post, ex Victoris.

AMAZONES è Scythia egressæ, Themodoontem amnem & illam Ponti oram occuparunt. Inde vicinis bello aux perdomitis, aut diu & multum fatigatis, quod de virtute Atheniensium, sicut Lyfias scribit, multa audivissent, ultro illuc sunt transgressæ ad vires illorum tentandas, quò ipsarum nomen latius inclaret. Ludovicus Vives de concordia & discordia libro 1.

Fortitudinè politica. DIOGENES Sinopenfis de ipso dicere solitus est, se implere & ferre tragicas exercitationes. Nam errorem esse, se domo & patria carere, mendicium agere, tene vestitu uti, & in diem vivere. Nihilominus tamen in his non sibi minus placebat, quam Alexander in terrarum orbis imperio, cum subactis Indis Babylonem reverteretur. Elian. lib. 3. de varia historia. Quam aliquando peritus esset aqua, flaretque toto diffusis corpore, & circumstantes aliquot, ut sit, commiserantur hominem, ut indigna passum: Si vultis, inquit Plato, commiserari Diogenem, abite. Hoc spectaculo quoniam delectabatur, ob ambitionem miser erat potius quam miserandus: at si nullo teste profectus fuisset, tum verè fuisset miserabilis. Laert. lib. 6.

Pudicitia. VIRGINIA nupta Lucio Volturnio, qui superiore anno Consul fuerat, sed plebejus, patriarum à cætu facillimè pudicitia adire prohibita: contumelias impatiens, in parte ædium, quas in longo habuit vico, à profano usu excludit, aram plebejæ pudicitia constituit, hortatque est ejusdem ordinis matronas, darent operam, ut ara illa à sanctioribus castioribusque, quam patritia, coli crederetur. Sabellicus libro 7. Eneadis 4.

Scortatione. LAIS amula Phrynes, omnis generis homines admitterebat, multitudine amantium gloriâ captans. Athen. lib. 13. c. 20.

Messalina Claudii Imp. uxor, ut ad satietatem se fe venire expletet, Licifæ prostituta mulieris nomen mentita, supè lupanar sub noctem adit, & cum famosissimis meretricibus quefuit scortis coitu certavit, ex re fœdissima palmam sibi viginti quinque virorum congressu quaerens. Sabellicus lib. 4. capite 11. Ut S. atyricus inquit: Et lassata vitis, ne dum satiata recessit.

Liberalitate. HIPPONICUS Callia filius, statuum ponere, sacrosanctum patriæ donarium in animo habebat. Cum igitur quidam ei consuleret, ut à Polyclodo fingendam imaginem cæteret: Non, inquit, te ejusmodi donarium apud animum proposuisse, cujus gloria non ad consecratorum, fed ad factorem esset reditura. Etenim spectatores in ea statua magis artem & industriam Polyclæti, quam suam liberalitatem & munificentiam admiratos. Elian. de var. bist. lib. 14.

In POSTHUMUM, Martialis Epigram. lib. 5. Crede mihi, quamvis ingentia, Posthume, dones, Autoris pereunt garrulitate sui.

DOMITIANUS Imp. plurima & amplissima opera incendio absumpta restituit: in quibus & Capitolium, quod rursus arderat: sed omnia sub titulo tantum suo, ac sine ulla pristinæ auctoris memoria. Svetonius.

Dionys Gregorius Papa libro 2. Epistola quadragesimæ tertiam, Bonifacium Episcopum Regentem ob misericordiam opera

A opera commendat, sed illud interim reprehendit, quòd eadem ipse aliis enunciat, non Dei oculis, sed humano judicio placere studens.

LUXU. TERIBAZUS in venatu Persicam vestem dilaceratam ostendat, consulens, quid faciendum esset. Respondente autem Artaxerxe Rege, aliam induendam: Tuam igitur, inquit, mihi tradas oportet. Rex suam tradidit, dicens: Dono, do tibi hanc vestem, sed gestare prohibeo. Teribazus neglecta Regis monitione, vestem induit, muliebribus etiam ex auro donis, quæ à Rege acceptæ, exornatam. Hoc cæteris omnibus indignè ferentibus (nam ridere nefas erat) Rex effusus ridens: Tibi, inquit, ut mulieris aurum, ut infano regum amicum gestandi jus potestatemque concedimus. Erasmus in Apophib.

THEMISTOCLES adolemne Olympiacum profectus, cum convivii, tabernaculis, reliquoque nitore & apparatu certaret cum Cimone, ostensionem concitavit in se Græcorum. Nempè illi quidem ea concedenda & juveni & nobili putabant. At hic novus homo, qui indignè supra fortunas suas tollere spiritus videbatur, etiam insolentia incurrit crimen. Plutarchus in Themistocle.

Sordiditas. Diogenes, quum Rhodios quosdam adolentes elegantiori cultu conspicisset, dixit: rigens & sordidus, id est, hic fastus est. Rufum quem vidisset Lacedæmonios substructa tunica parè sordidè cultus: sordidus, inquit, & rigens & sordidus, id est, hic fastus est. Significans, non minus peccare eos, qui ad ostentationem sordidè vestitur, quam qui splendido vestitu feste jactant. Unde sciam est illud Divi Hieronymi: Pullas æque ut candidas devita. Erasmus lib. 8. Apophib. Elian. lib. 9. var. hist.

PLATO frugalis quidem erat, sed tamen amans munditici. Vt vide infra inter Apophibegmata. Socrates animadvertens ANTISTHEMUM. Vt vide ibidem.

Crudelitate. C. Pheræus Alexander, immanis tyrannus ac sanguinarius, quum avunculum Poliphrona percussisset, hastam, qua facinus objerat, coronatam sacravit, eique ut Deo rem facere divinam perexisset, Tychoa appellans: puto, quòd icu haud foret frustratus, παρὰ τὸν γένειον. Celius lib. 21. c. 16. Antiquarium Lætionium.

R. QUINTUS Flaminius legatus ad Prusiam Bithynia: Regem missus, cum Annibalem agentem illic vidisset, fremuit, quòd viveret, neque Prusiam ipsum multum pro supplicè & familiari oranti & obsecranti concessit. Annibal re cognita, veneno sibi mortem conficit. Quod ubi est ad senatum allatum, flagravat apud non paucos Quintus invidia, habituque est nimium importunus & crudelis: qui velut avem ex senio pennis & cauda truncam, cui vita cicuri permissa est, Annibalem nulla urgente re, sed ob gloriam, ut ex morte ejus thaheret nomen, interfecisset. Plut. in Flaminio.

Fide erga parentes. De GELLIA, Martialis Epigram. lib. 1. sic scribit. Amisum non flet, cum sola est Gellia, patrem: Si quis adest, jussa profugum lachryme. Non dolet hic, quisquis laudari, Gellia, querit: Ille dolet verè, qui sine teste dolet. Amore conjugali.

Thrace, qui supra Cretanos incolunt, singuli plures uxores habent: quorum ubi quis decessit, disceptatio magna fit inter uxores, quemam dilecta à marito præcipuè fuerit. Quæ talis judicata est, ea à vitis ac muliebribus exornata, ad tumulum a suo propinquissimo maclatur, unaque cum viro humatur, cæteris uxoribus id sibi pro ingenti calamitate ducentibus: nam id eis summo dedecori datur. Herodorus lib. 5. Cicero lib. 5. Tuscul. quasi. Valerius Maximus lib. 2. c. 1. Elian. lib. 7. de var. bist. Eum morem etiamnum hodie durare testatur Fulgofius lib. 2. c. 1.

POLYTECHNUM & Edon ejus uxor, superbie ob amorem verum conjugalem, inani voce gloriati sunt, magis se invicem amari, quam Jupiter & Juno se mutuo diligant; itaque à diis in aves converti. Antonius Liberalis ex Baii Ornithozonia.

Injustitia, Scelere quolibet. Vt vide supra, Ambitionis modus, Desiderando. CORPUS. GLORIAM captare ex Robore.

EX Tit. Roboris certamina, huc ambitiosa referantur. THEAGENES Thafius, cum palmam tullisset non modo fœmilibus, sed multis aliis ludis, nec pancratio solum, sed & pugilatu dolichoque epulo, denique heroico in funere quodam, appofita de morte omnibus portione exillit, pancratioque deceravit: quasi vincere nemo ipso debuisset presente. Unde coacervavit ducentas supra mille coronas, quarum pleraque nauci non facias. Nihil discunt ab hoc illi, qui ad omne munus publicum accingunt se, sed incurunt in ora vulgi, ostenduntque omnes: atque evadunt, vel quando rem benè gesserunt, invisi: & si offenderint, deridiculi: & laus eorum sedulitatis initio collecta, vertitur in jocum & ludibrium. Plut. in præceptis Politicis.

Agilitate, Saltatione. Fabulantur, in Messap. terra, ad locum, cui Sacra faxa nomen, apparuisse Nymphas Epimelidas, choros ducentes. Pueros autem Messapiorum, relicis gregibus, cum spectarent choreas, dixisse, se melius callere rationem choros ducendi. Fuit is sermo Nymphis molestus, certatumque de præstantia choreas ducendi inter partes aliquandiu: cum quidem pueri sibi cum divis esse certamen ignorarent, & se cum aequalibus mortalibus sermibus contendere opinarentur. Erat puerorum saltandi modus rusticus utpote pastorum: at Nymphis omnia ad elegantiam subinde accreverunt. Victique pueris, ita eos compellerunt: Provocatis, pueri, Nymphas Epimelidas: ergo recordes, victi dabitis penas. Puerique eo, quo consenserant loco, ad Nympharum sanum, in arboribus sunt mutati: hodieque exauditur vox noctu ex sylva veluti ejulantium. Loco nomen est Nympharum & puerorum. Antonius Liberalis ex lib. 2. Alteratorum Nicandri.

Forma. Vt vide Tit. Formæ certamina.

Andromeda filia Cephei & Cassiopeæ, à Nereidibus copulo fuit alligata, ut à ceto voraretur, quia Cassiope mater eam vel Nereidas forma antecellere gloriabatur. Virtute Persei Giter illac facientis oper libetata, cum postea secuta est. N. Comes Myrbol. lib. 7. c. 18.

Dii omnes convocati ad nuptias Thetidis & Pelei accesserunt, præter Discordiam, quam nemo invitavit. Id illa graviter ferens, pomum elegantissimum aureum cum inscriptione per ostium immisit, Pulchrior accipiat. Id Mercurius legit, ut testatur Lucianus in dialogo Panopes & Galatæa Magna contentio orta est inter tres Deas. Jupiter jussit ad Paridem judicium id deferri. Scripsit Strabo lib. 13. in Antandros, cui mons vocatus Alexandria, deas à Paride fuisse iudicatas, cum in Ida monte id accidisset scribat Ovidius. Ingentibus donis à deabus omnibus sollicitatus est. Juno Agia Europæque imperium, Pallas sapientiam, Venus mulierum omnium pulcherrimam se illi conciliaturam promisit. Nat. Comes lib. 6. c. 23. Mytholog.

ABALON Davidis F. ut pulchritudinis suæ perennis extaret memoria, statuum sibi poni curavit in valle Hierosolymitana, 2. Reg. 18.

DARIUS Perfarum Rex statuum suam erexit ad Theatum Tharacæ fl. & in ea pulcherrimum se omnium mortalium H fuisse scripsit. Herod.

MARIAMNE Herodis Judæorum Regis uxor, pulchritudine superbiens, imaginem suam in Ægyptum M. Antonio Triumviro misit. Quæ res illi & suspitionem adulterii, & mortem attulit. Ioseph. lib. 1. de bello Jud. c. 17.

Ad FABULLAM, Martialis Epigram. lib. 1. Bella es, novimus, & puella, vorum est. Et dives: quis enim potest negare? Sed dum te nimium, Fabulla, laudas, Nec dives, neque bella, nec puella es. Facunditate.

NIOBE Tanti & Æropes vel Euryanasse vel Taygetes unius è Pleiadibus filia, Amphionis uxor, filios habebat sex, & totidem puellas. Quum tam decora tamq; numerosa sobole gloriaretur, ut se etiam Latonæ præferre non dubitaret, quæ non nisi duorum mater esset, Apollinis, ac Dianæ, hominesq; ab ejus sacris arceret: Latonæ jussu effectum est, ut Apollinis ac Dianæ sagittis uterq; sexus se cõfoderent. Eapropter Niobe tanto merore est affecta, ut ad librorum tumulum in mar-

A mors fit converfa. Ovid. 6. Metamorphof. Pausan. in Atticis.

FORTUNA, EX Opulentia vera vel fimulata.

Θαύμας χεῖματα, κτ' Ἀγνίς, Theagenis pecunia, quemadmodum Ἐχίνις, in eos, qui, pauperes cum essent, tamen divites haberi volebant. Hoc morbo notatus est uterque, & Theagenes & Ἐχίνις. Unde cognomen his additum. εὐνοῖα, à Sello quopiam ineptè ambitiofo, qui cum re effer perquam tenui, tamen affectabat videri locuples: & qui hoc morbo laborabat, ἠνδρῶν dicebantur. Proverbii meminit Aristophanes in Avibus:

Ὡς τὰ θεοῖσι, τὰ πόδα χεῖματα, τὰτ' Ἀγνίς ἕσπαρατα. id est: Vbi sunt Theagenis plurima pecunia, Et Ἐχίνις quidem univèrfa?

Erasmus in Adagiis. In fictum Divitem, Martialis Epigram. lib. 2. sic scribit:

Hic quem videtis gressibus vagis lentum, Amethylinatus media qui fecat septa, Quem non lacernis Publius meus vincit, Non ipse Codrus alpha penulatum: Quem grex rogatus sequitur, & capillatus, Recensque sella, limesque lorisque: Oppigneravit admodum Claudii mensam Vix octo nummis anulum, unde cenaret. Dignitate, Imperio.

Consule Tit. Pontifices, Reges ambitiosi, supra.

Diocletianus Cæsar, accitis ad Imperium Constantio, Maximiano & Galerio, post multa bella vario peracta successu, totoque fermè orbe pacato, primus Rom. principum, regio more adorari voluit, quum ad id tempus salutarè duntaxat convescissent. Margaritas & gemmas diversi generis, vestibus & calcamentis imperatoris, ornatus causa addi fecit. Nam antea imperii insignie in chlamyde seu trabeca purpurea & paludamento tantum fuerat, & reliqua omnia principi cum vulgo communia. H. Boeth. l. 6. Henricus III. Henrici II. Anglorum regis F. consors regni à patre factus, in solemnibus convivio, cum pater primum ipsi feculum apposuisset, honorem administrationis à patre detulit, quum ambiosè acceptavit. Etenim cum Eboracensis Antistes, qui et assidebat, joci causa dixisset: Gaude, fili optime: non est enim alter in toto orbe princeps, qui talem habeat in mensa administrum, ad ea ille stomachatus respondit: Quid mirum: non putat pater id facere sua minus esse dignitatis, quandoquidem ille materno duntaxat genere clarus mihi administrat, qui & patre rege & matre regina natus sum. Polyd. lib. 13. & Amil.

Joannis Moscorum ducis Legati, ad Regem Poloniae Stephanum introducti, verbum se facturos negarunt, nisi prius Rex aperto capite assurgens, de valetudine & statu principis ipse percontatus se esset. Rex cum præter rei indignitatem non committendum sibi arbitretur, ut ad hostis barbaro fastu elati, & qui tantos jam spiritus atque arrogantiam sibi sumpserat, ut vix ferri posset, superbiam, obsequio suo quid adderet: illi verò in sententia persisterent, ac potius infecta re discessuros se confirmarent; permittit, ut inauditi in hospitium, inde in Lithuaniam lentis agminibus se receperent. Reinold. Heidensternus l. 1. belli Mos.

Nobilitate generis.

D Phaethon, Clymenes nymphæ & Solis filius, cum Epapho Jovis filio non cederet, ut nobilitatem sui generis univèrsis hominibus patefaceret, ad Solem patrem contendit: & precibus tandem impetravit, ut is polliceretur jurejurando, quidquid Phaethon poposcisset, se concessurum. Tum verò Phaethon rogavit, ut currum, iuscique administrationem sibi per unum diem concederet. Id cum graviter ferret Sol, neque tamen negare posset, quod jurejurando affirmaverat, multis rationibus conatus fuit filio persuadere, ne rem tantam arduam aggrederetur. Verum cum nihil proficeret, invitus illi currum habenasque equorum tradidit, ut scribit Ovidius 2. Metamorphof. & Lucianus in Dialogis deorum. Cum igitur acceptum currum ob metum scorpionis retinere intra certam viam Phaethon nesciret: effecit, ut modò terrarum orbis acerbitate calor propinquois confligaret, regioneque vel ad cardines mundi in fluctum assum sentirent, modò telus Æthiopiùm gravissimis & infuetis frigidibus premeretur. Jupiter, ne genus animantium penitus periret, fulmine Phaethontem de curru dejecit: qui ad ripas Eridani fluminis cecidit. Apollonius lib. 4. Argonaut. Natalis Comes My-

thologie, lib. 6. cap. 1. Scriptum reliquit Laëtantius in libro de falsa religione, Cælum præstitisse potentia ceteris mortalibus: atque cum Reges antiquitus pro diis colerent, unde accidit, ut Cælus pro æthere cultus sit. Saturnus, ad extollendam generis claritatem, se à Cælo deorum omnium fide, & ætera natum esse gloriabatur. Nat. Comes lib. 2. c. 3.

MARILAMME uxori Herodis, cum eisdem sorte Salome de nobilitate ambitiosè certans, illi ignobilitatem generis objicere, se verè regio sanguine natam iactabat. Unde illam Salome tanto profèqui cœpit odio, ut non prius cum matre destiterit, quam falsis accusationibus de adulterio & stupro Herodem permoverit, ut dilectissimum alioqui uxorem extremò affecit supplicio. Josephus lib. 15. c. 11. Antiq.

C. Cæsar Caligula Agrippæ se nepotem neque credi, neque dici ob ignobilitatem ejus volebat: succensebatque, si qui vel oratione vel carmine imaginibus eum Cæsarem inferebant. Prædicabat autem, matrem suam ex incesto, quod Augustus cum Italia filia commississet, procreatam. Ac non contentus hac Augusti infestatione, Adiacias, singulaque victorias, ut funestas P. R. & calamitofas, veritè solennibus feriis celebrari. Liviam Augustam proaviam, Ulystem solatum identidem appellans, etiam ignobilitatis quadam ad senatum epistola arguere ausus est, quasi materno ad Decurione Fundano ortam: cum publicis monumentis certum sit Ausidium Lingonem Romæ honoribus fundum. Suet.

Herodes Atticus sophista, uxorem Regillam gravidam ob peccatum nescio quod, à libero Alcimedone credi iussit. Is cum per imprudentiam pugnos in ventrem emisisset, abortum illa fecit, & ex eo perit. Populatus cæcis est Herodes apud Romanum à Bradea Regilla fratre. E majorum claritate longè Princeps esse, nec minor nobilitatis ostentator. Argumentum generis erat in calcicis epiphlyrion menoides eburneum, id est, fibula cornicans, qualis fermè figura in luna est, quum tenent visitationem facit, vel etiam paululum crassefit. Prodiens igitur is paratu magno ad peragendum reum, de causa quidem pauca ferè, ut nihil: in laudibus verò proptis illi nimis, imò verò totus. Quum multa jam de familia perillustri emigisset homo imperatus, socommate illum excepit Herodes: Tu, inquit, in astragalus nobilitatem gestas. Cælius lib. 20. c. 27. Antiq.

In DIVITEM degenerem mæcho genitum, Ausonius. Quidam superbis opibus & fastu tumens, Tantumque verbis nobilis, Spernit vugini clara felix nomina, Antiqua captans stemmata, Martem Remunque, & conditorem Romulum Primos parentes inconvans. Hos ille Serium vestes contexti iubet, Hos calat argento gravi, Ceris imrens januarum limina, Et atriorum pegmata. Credo, quod illi nec pater certus fuit, Et mater est verò lupa.

Natalium claritate. ARTOXERXIS & CYRI exemplum. Vide sub Tirul. Regnum ambitiosè expetere.

Civibus præclaris. ETHEOS, Tiberio imperante, Romam venisse, Tacitus scribit libro tertio, memorantes, non (ut vulgus crederet) H Dianam atque Apollinem in Delo genitos: esse apud se Cenchrum anem locum Orttyam, ibi Latonam partu gravidam, & olex, que tum etiam maneret, adnissam, edidisse numina ea, deorumque monitu sacratum nemus, quin & ipsum illic Apollinem post interfectos Cyclopus Jovis iram vitavisse. Meminit post alios Strabo lib. 14. Cælius lib. 5. c. 6. A. L. Victoria.

Cum in prælio inter Artoxerxem Mnemonem, ac fratrem ejus Cyrum, Mithridates Cyri capiti vulnus intulisset, Cæsar autem miles retrò poplites succidisset: Artoxerxes hujus fame avidus, ut manu sua Cyrum interemisse videretur, dum milites recenseret ob virtutè premio dignos, ad Mithridatem missio munere, ei mandati iussit, ut munus acciperet, quia Cyri plicu apud Artoxerxem detulisset: Cari autè, quod prius Cyrum nuntiafferet mortuum ex vulnere, quod ei Artoxerxes intulisset. Tanta autem in utroque gloriæ cupiditas fuit, ut speritis muneribus, contra Regis voluntatem, se eos prædicarent esse, qui Cyrum interemissent, cumque Artoxerxe nò tactum quidem fuisse. Indignatus Rex, cum sibi eam famam

Amam arrogare vellet, utrunque iussit occidi. Plut. in Artaxerxe.

Victis ad Plataas Polis, cum Spartatis erigere trophæum Athenienses palmam, nec eis permitteret erigere trophæum: secessione inter Græcos armatos facta, confidissent omnia, nisi Græcorum judicio Platæensibus, qui agrum, in quo pugnantem erat, ex oraculo Atheniensibus donarant, de cus victoria, xxc. talenta fuissent tributa. Trophæum (scilicet Lacedæmonii, scilicet Athenienses posuere. Plut. in Arifide.

Cum Æginenses (alii decimum Megarenfes) in Achaia de bellissent Ætolos, ac decimum pentecentorum cepissent (ea est navis remigum quinquaginta) hanc Apollini Pythio victoriæ monumentum dedicant: rogabantque Deum, Quinam essent Græcorum præstantissimi? arbitrantur futurum, ut ob eam victoriam ipsis prima laus ab Apolline tribueretur. Oraculum hunc ad modum respondit:

Ἰππὸν δεσποτικῶν, λαλαδραμονίῶν τε γυναικῶν, Ἀνδρῶν δ' ἄν πέντε ἴδωσ' ἑκάστῳ ἄρθεον. Ἀλλ' ἔτι δ' ἴδω δ' ἴδω ἀμύμονος, εἴτε μετρητὸν Τίριδ' ἢ ναίων ἢ ἀρκεδονίῳ πολυμύκῳ. Ἀρρεῖν ἀνοδορῶνας κίττα, ποταμῶν. Ἰππὸν δ' ἄμυμονος εἴτε ἤγχι εἴτε περὶ τῶν, ὅσα δὲ δουδακίαι, ἔτ' ἄν ἴδωσ' ἔτ' ἄν ἀδούσ.

Erasmus in Proverb. Megarenfes nec tertii nec quarti.

T. Quintius Flaminus Philippum Macedonem ad Cynocéphalas magna strage vici. Ceciderunt eo prælio non minus vii. millia, capti ad quinque millia. Ut Philipp. elaberetur, Ætoli fuerunt in causa: qui, dum Romani hostes confectantur fugientes, castra exhauserunt & diruperunt, nec quidquam illis reversis reliqui fecerunt. Hinc convicia primum exorta & contentiones invicem: inde Quintium magis ac magis offenderunt, vendicando sibi victoriam, & fama occupando Græcos. Unde poeta & populares, qui res hæc celebrarent, & præsertim Alcaeus, scribebant & canebant priores Ætolos. Ergo quod restabat agendum, Ætolis missis, Tirus solus transebat. Plut. in Flaminio.

Cn. DOMITIVS atavus Neronis, in consulatu Allobrogibus Avernique speratus, elephanto per provinciam invehit esse, turba militum, quasi inter solennia triumpho profescente. In hunc dixit Licinius Crassus orator, non esse mirandum, quòd æneam barbam haberet, cui esset os ferreum, cor plumbeum. Suet.

SEVERUS Imperator, jam senio confectus, post victorias ad Orientem Septentrionemque partas, Britannici quoque cognominis cupidus, licet morbo articulari laborans, Britanniam cum filiis petiret, & illic, nondum confecto bello, è vita migravit. Corpore igitur tradito, cinerem ipsum cum odoribus in vaticulum alabastris coniecit, filii Romam deportarunt. Polydorus lib. 2.

CONSTANTIUS Imp. Constantini Imp. F. fama avidior ac gloriæ fuit, ejus sine incommodis comparanda occasiones miro studio captabat. Nam si aliquando ab ejus ducibus, qui in longinquo bella gerebant, victoriarum nuncios perferbant: ipse ab Italia per cæteras orbis terrarum partes eas ferrebat, tanquam virtute sua atque industria partas: quin ordinem modumque gestarum rerum, tanquam ipse interfuisset, designabat. Fulg. lib. 8. c. 15.

HERACLIVS Augustus, cruceum ex Perside receptam in locum suum in Calvaria monte, regio amictu atque diademate ornatus, reponere voluit, majore ambitione ob victoriam partam, quam pietate pro concessa divinitus victoria.

HETEO Danorum Rex, victo cæsoque Hotbrodo Svecorum Rege, non contentus victoria atque imperio in Sveciam prolatò, etiam contumeliam gentem affect, edita lege, ut injuria aut vulnus aut cædes in virum Svecum, non legitima satisfactio, sed longè infra illam persaretur. Quæ verus regnorum contentio usque ad nos perdurat, ut regnicolæ altitius vicem se nobiliores esse contendant. Cyranus lib. 1. Svecie c. 18.

JOANNES XI. Pontifex consilio Landulphi & Atenulphi Capuanorum Principum, Constantium Græcorum Imperatorem, contra Saracenos, totam Italiam, Calabriam & Apuliam adè vastantes, ut de tota religione, Italiaque salute actum videretur, in auxilium vocavit: & cum Alberto Hetruria Marchione se conjunxit, tantis viribus, ut intra tres menses ferè penitus extindit fuerint Saraceni: ut Blondus, Bonfin & Luitp. referunt. Domum rediens, triumphantis more Romam ingressus, Alberici, cujus auxilio hostes profligavit, odium incurrit. Sibi enim soli victoriæ

laudem contra Saracenos (reste Bergomensis) adscripsit: Erat: Albericus Romæ Pontifice ejectus, Hungarorum opem imploravit. Qui Italian ingressi, gravius, quam unquam antea fecerant Saraceni, eam affixerunt: ingenitæ præda onusti, ad sua reversi sunt. Capta è Christianis Prolemaide, anno mxcx. inter Latinos principes, æmulatione imperti atque virtutis, discordiæ jam inter exorta: manifestè gliscere cœperunt, & imprimis inter Pannonios superiores & Anglos. Austriaci Duce Leopoldo gloria capta urbis inhiantes, prima signa in muris posuere, quæ Anglus illicò in terram excussit, suaque subjecit. At posteaquam Ricardus domum redire Traciam voluit (Philippus enim Gallorum Rex Normanniam interea invalerat) ubi ad superiorem Pannoniam pervenit, quam hodie Austriam vocant, certior factus ab speculatoribus, famam sui adventus per eam regionem passim vulgari, cœpit sibi timere. Itaque rusticano habitu Viennam ingressus, eum partim lingua hominem Anglum esse, partim illud ipsum indicavit, quòd clariùs multò obsonabat, quam deceret perdonam, quam ipse cum humili veste gerebat. Leopoldus Dux confestim custodes misit exploratum, quales adissent hospites. Ricardus ipem fugiendo esse nullam videns, resumit regalem vestitum, ac eam animi constantiam, qua in bellicis rebus semper usus erat, militibus ostendens, quærit: Equid sit, cur armati circumstant? Quibus se ipsum petere vociferantibus, respondet: Non decere, ut Rex alii nisi Duci fe captivum tradat, ac propterea si Dux velit ipse venire, ejus se fidei ultrò commendaturum. Itaque Duci illicò adventanti obviam factus, tradito prius gladio, in illius potestate venit, anno mxcxii. Henricus VI. Imp. Leopoldo persuasit, ut sibi Ricardum custodiendum traderet, lucrum commune futurum. Vix tandem xv. carceris mense, Cælestini Pontificis intercessione, liberatus est, redemptionis nomine cvl. millia marcarum solvens. Sic Princeps de Reipub. Christiana optimè meritis, præclaris meritis, si per Gallorum perfidiam licuisset, à Christianis improbè tractatus. Non multò post in Austria, posteaquam fame & pestilentia est aliquandiu laboratum, Dux Leopoldus morbo diu cruciatus miserabiliter interit. Filius rarus patrem ob id cruciatus confectum vitam amisisset, quòd Ricardum inhumaniter tractasset, qui sacrum bellum gesserat: primo quoque die Anglicos obfides missos faciendos, pecuniæque bonam partem debitam Ricardò remittendam curavit. Fuit ea res Ricardò tam jucunda, quam salutaris: quoniam ipse postea cogitationem suscipere cœpit, quanto sibi quoque criminis danda essent, quòd simul Deum, simul homines offenderat. Mirum dictu est, quàm melius vitam deinde inveniit. Polyd. lib. 14.

ROGERIVS principatum Apulie ac Calabria occupavit, pulso Roberto Capuano, qui ad Conradum III. Imp. supplicem confugit, Innocentium II. Pontificem bello cepit, & coegit, ut ab eo in Regem coronaretur, primisque ex Normannorum genere Regis sibi nomen usurpavit. In Africa Tunetanum Regem sibi tributarium fecit, capuloque ensis sui inscripsit:

Appulus & Calaber, Siculus mihi servit & Apher. Collemius, & Sabellius lib. 4. Enn. 9.

EMMANUEL, Lusitanæ Rex, Ferdinandum Coutignum classi xv. navium præfectum, in Indiam navigare, & cum Albuquerque prætoro Calecutiorum Regem evertere iussit. Ergo Indica classe summa in dultria intra breve tempus instructa, Coutignus & Albuquerque Calecutium profecti, cum duobus millibus Lusitanorum militum, & Indis militibus sexcentis, classem in portu constitunt, & de belli gendi ratione deliberant. Hic Coutignus ab Albuquerque primam aciem sibi assignari postulat. Ad dè deinde: Tu, qui es in India inter tam feroces gentes diu mansurus, sarsampnam gloriæ segetem paratam habes. Mihi, qui sum brevi in Lusitaniam rediturus, non est, cur hanc laureolum invidas, maxime cum tantis necessitudinibus implicati simus, ut nihil alterutri esse debeat ab alterius communionem seuquodcum. Hæc Coutignus postulato Albuquerque non libenter assensus est: hominem enim norat acri quidem animo præditum esse, sed mente precipitem, & partim in rebus maximi momenti gerendis, quid incidere posset, consilio providentem. Rebus autem omnibus ad egrediendum paratis, prima luce sequentis diei Albuquerque & Coutignus in terram cum instructis copiis descendere conantur. Hostes summa vi resistunt. Albuquerque Coutignum admo-nuit, præstare divinis militibus, qua quisque primum parte possit.

A possit, terram occupare: adeoque ipse primus in terram evadit, hostes fundit fugatque, & regias aedes vicinas, in quas se receperant, incendit. Contignus id indignè ferre, quasi contra datam fidem primus in hostem irrupisset, neque ulla ratione se placari sinere, nec de maledicendi contentione remittere, sed Gasparem interpretem inclamans, ait: Duc me in urbem Regiam, atque adeo in regias ipsas aedes, quas hodie flammis exuram: ut intelligi possit, quàm vanus sit eorum fatus, qui regum Indorum opes atque vires verbis exaggerant, ut ipsi aliquid gessisse videantur. Cupio cum viris in ipsa urbe media decertare. Hos namque, qui tam subito victi sunt, adduci non possum, ut credam viros extitisse. Albuquercius convitia patienter tulit, illumque, non quòd consilium probaret, sed quòd hominem absque flagitio deserere non posset, sequutus est. Contignus in regiam perturbat, diripuit, incendit: sed frustra momente Albuquercio, milites à præda revocare neglexit. Itaque hostes recollectis viribus imperio facto, illum trucidaverit. Albuquercius gravissimè laucius vix reliquos rexit. *Orosius lib. 6. rerum Emm.*

B SECUNDARIO CONSIDERATIS, V. G. GLORIAM CAPTARE ex rebus SINGULARIBUS, INSOLENTIBUS, NOVIS.

ARYANDES, Ægypti prætor à Cambyse constitutus, aliquanto post tempore, cum æmulati Darii vellet, ab eo esse interfecit. Si quidem audiens, atque animadvertens, Dario cordi esse memoriam sui relinquere, opere, quod à nullo alio regum factum esset, id sibi imitandum putavit, donec mercedem accepit. Etenim Darius ex auro quam potuit purgatissimo monetam percussit. Idem Aryandes, Ægypti prætor, ex argento fecit. Et nunc quoque extat purissimum argentum Aryandicum. Ea re comperta, Darius infumatum, quasi rebellare vellet, morte affecit. *Herod. lib. 4.*

THEMISTOCLES, cum omni in re facere aliquid vellet singulari, prædium distrahens iussit pronuciari, etiam bonum id vicinum. *Plut. in Themist.*

ADRIANUS, primus inter Romanos Cæsares Barbarorum regum more barbannutrivit, ut ita ab aliis qui ante eum fuerant, differre videretur. *Fulg. lib. 3. c. 6.*

CAMILIUS BOIOTOMÆUS, Mediolanensis patricius, in Ticinensi agro vivaria ranarum instituit, veruque affari & condiri, tanquam aviculas, atque in ciborum elegantiam referri voluit, eaque Alfonso Avalo V. C. in cæna apponi iussit, ut ex re antea ingloria communicare primus ipse sibi in epulis gloriam pareret. *Bern. Saccus lib. 5. Ticinensis hist.*

INDIGNIS EA PERSONA, INDECORIS.
Consule locum, Saori homines qui politica tractantur, Quatenus præter modum id sit, gloria studio.

SEVONI Cleonæis Teletiam puerum in ludis Pythiis coronatum, tanquam civem suum ereptum, cum duceret. *Plut. de tarda Dei vindicta.*

Q. FABIUS nobilissimus civis, cum in æde Salutis, quam C. Junius Bubulcus dedit caverat, parietes pinxisset, nomen his suum incrispit. Id nimirum ornamentum familiaris, consularibus & sacerdotibus & triumphis celeberrime decrat. Cæterum fœdido studio deditum ingenium, qualemcunque illum laborem suum silentio obliterari noluit: videlicet Phidææ fecutus exemplum, qui clypeo Minervæ effigiem suam inclusit, qua consulari tota operis colligatio solveretur. *Val. lib. 8. c. 15.*

Magno dedecore suo, magnoque populi Romani dolore Nero Imp. pluribus in locis de musica arte triumphavit. Nam cum ex Græcia rediret, ubi assidue inter citatissimas cantoresque de musica certaverat: parietes pinxisset, nomen his suum incrispit. Id nimirum ornamentum familiaris, consularibus & sacerdotibus & triumphis celeberrime decrat. Cæterum fœdido studio deditum ingenium, qualemcunque illum laborem suum silentio obliterari noluit: videlicet Phidææ fecutus exemplum, qui clypeo Minervæ effigiem suam inclusit, qua consulari tota operis colligatio solveretur. *Val. lib. 8. c. 15.*

Atque inter hæc abient Senatuum populumque gravissimum objugavit decido, quòd Cæsare præstante, & tantis criminibus objecto,

ADRIANUS Imp. supra modum æstus ambitione, omnia etiam minutissima suscipiebat tractanda. Pingebat & fingebat: neque quidquam erat vel paci, vel bello aptum, vel regium, vel privatum, quod non scire se profiteretur. *Dion. Suid.*

FICTIS, FALSIS, SIMULATIS.
Vide supra, Ex Eruditione simulata.
Horat. lib. 1. Epist. 6. de GARGILIO sic scribit:
viscetur, venemur, ut olim
Gargilus, qui manet plagas, venabula, seruos,
Differtum tranfire forum populumque jubebat,
Vnus ut è multis populo spectante referret
Emptum mulus aprum

Victis ad Argentoratum magno prælio Germanis à Juliano Cæsareo, Constantius Imp. ut erat levis animi, & gloriosi, suis auspiciis, & sua virtute victoriam partam jactavit: idque cum laureatis literis ad provinciarum signa deferri præcepit. *Signorum lib. 6. Imp. occid.*

EMMANUEL, Græcorum Imp. bellum in Sultanum habuit, de quo Imperatori occidentis Frederico L. sic fertur scripsisse literis aureis: Emanuel in Christo fidelis Imp. Porphyrogenitus, divinitus coronatus, regnator potens, excelsus, & semper Augustus, moderator Romanorum magnificus, nobilissimo & gloriosissimo regi Alemannia & Imperatori, ac dilecto fratri Imperio nostri salutem & fraterni amoris affectum. Et in fine sic concludit: Sultanus Imperio nostro se dedit, & missis legatis miser cordiam postulavit, fecitque Imperio nostro homagium & juramenta: pollicitus est servare nobis adversus omnem hominem cum exercitu, ut sit amicum nostrorum amicus, & hostis inimicorum. Fredericus prius legationem Sultanum accepit, contraria omnia nunciavim, & res ipsa monstravit, prævaluisse Sultanum. Egredere autem nomen eius in literis suo prepositum, quòdque se Romanorum scriberet moderatorem, rescriptis hac forma: Fredericus, divina favente clementia, inclivis triumphator, Romanorum Imp. à Deo coronatus, sublimis in Christo, fidelis, magnus, pacificus, gloriosus Cæsar, Græcorum moderator, & semper Augustus, nobilis & illustri regi Græcorum, & Imperatori Emaniueli, dilecto fratri nostro, salutem & fraterni amoris affectum. Et inter cætera sic: Sicut ille rex regum, à quo omnis potestas, Romanum imperium caput totius orbis consistit, ita etiam sedem Romanæ Ecclesiæ omnium Ecclesiarum unicam matrem, dominam magistræque ordinavit: quod utique duorum gloriosiorum signavit, quos dixit orbi sufficere ipse auctor fide Christiane. Quapropter tuam prudentiam commoveamus, quatenus nobis & Romano Imperio honorem debitum recognoscas, & summo Pontifici, quem nomine sanctum appellas, debitam exhibeas obedientiam & honorem. *Crant. lib. 6. Saxonia c. 27.*

MATTHIAS Corvinus, Hungariae rex bellicosissimus, tantis gloriæ stimulis agebatur, ut etiam aliorum victorias in se transferre, dimissis undique ad Christianos principes legatis, studeat. Quam vanitatem eius alebant apud externas gentes viri literati, manifestis ejus delictis, res gestas ejus scriptis suis in immensum exollentes. *Cromerus lib. 28.*

LUDICRIS.
Ex loco Humilitatis huc quadam

C. CALIGULA in Galliam profectus, primo accessu Belli Britannia regis filium, à patre pulsum, in dedicationem recepit: mox deficienti belli materia, paucos de custodia Germanos trajici, oculiculis trans Rhenum iussit: ac sibi post prandium quam tumultuosissimè adesse hostem, nunciari. Quo facto, proripuit se cum amicis & parte equitum prætorianorum in proximam sylvam: truncatisque arboribus, & in modum trophaeorum adornatis, ad lumina reversus, eorum quidem qui secuti non essent, timiditatem & ignaviam corripuit: comites autem & participes victorie, novo genere ac nomine coronatum donavit, quas distinctas Solis ac lunæ, syderumque specie, Exploratorias appellavit. Rursum obsides quosdam abductos à literario ludo, clamque præmissos, deserto repente convivio cum equitatu insensutus, veluti profugos ac reprehensos in catenis rexit: in hoc quoque dimio præter modum intemperans. Reperita cœna renuncians coactum agmen, sicut erant, loricatorum ad discumbendum adhortatus est. Monuit etiam notissimo Virgilius vestit: *Dixarent, secundumque se rebus servarent.*

Atque inter hæc abient Senatuum populumque gravissimum objugavit decido, quòd Cæsare præstante, & tantis criminibus objecto,

A objecto, intempestiva convivia, circum, & theatra, & amœnoscæcibus celebrant. Quasi perperaturos bellum, directæ acie in litore Oceani, ac balistis machinisque dispositis, nemine gnaro ac opinante, quidnam capturus esset, repenti, spolia Oceani vocans, Capitolio Palatioque debita. Er in iudicium victorie altissimum turrem excitavit: ex qua, ut ex Pharo, notantibus ad regendos navium cursus ignes emittant: pronocitatio militi donativo, centenis vitim denariis, inquit omne exemplum liberalitatis supergressus: Abite, inquit, læti, abite locupletes. *Suet.*

ALIENIS. ALIENÆ VIRTUTIS gloriam decerpere.

Demosthenes bello Peloponnesiaco dux Atheniensium, collega Nicia, Pylum urbem diuturna obsidione in rerum omnium desperationem adduxit. Cui successit Cleon è cotario Imperator, qui alieno labore partam gloriam in se transtulit, paucis post diebus Pylø capta. Queritur igitur apud Aristophanem in Equitibus Nicias ac Demosthenes B de laude sibi præcepta per Cleonem:

Kai apulo ya na
Masas masas, 7070 in Pilya laxonivli,
Navrota xaxos xedpaxion ipaxtas
Autis paridus tlv va ipi mepariply,
Evias d' avaxaver. id est,
Cumque ipse pridem pinsuerim mazam in Pylø
Laconicam, iste accurrat astutissimè,
Raptamque mox apposuit, quam ego pinsi,
Ac submovet nos.
Erasm. in Adag.

AMBITIO SECUNDUM AMPLI, CONSIDERATA RESPECTU AETIOMATOS, Hoc Est, ipsius gloriæ & honoris quo se dignum iudicat. Affectare, Ambire, Acceptare honorem.

ALIIS PROPTER SE: REBUS QUIBUSLIBET AD SE PERTINENTIBUS.

NABUCHODONOSOR Rex Assyriorum colosso suo non secus ac sibi divinos honores exhiberi voluit.

CÆNEUS Neptuni munere ex puella vir factus, & præterea invulnerabilis, in fori medullio hastam erexit, eamque pro deo censei iussit. Alexander Phreus tyrannus, avunculo Polyprone perempto, hastam, qua facinus patrat, coronavit, Tychna appellavit, παρὰ τὸ τυχηρὸν, quòd icu haud foret frustratus, eique ut deo rem divinam facere perrexit. *Cal. lib. 21. c. 16. A. L.*

GRIMERUS Sutenium præfectus imperii Germanici nomine, cum eò insolentia processisset, ut surrecto pileo suo in foro, eosdem quos sibi honores exhiberi vellet, & cæteris metu parentibus, solus Gulielmus Tellus id facere recuset: cum eundem Tellum artis sagitrandi periculum in filio natu minimo facere coegisset, felicissimo illi & iustissimo Helvetiorum fœderi ambitiosa sua tyrannide occasionem dedit. *Stumpfius.*

SIBIPSI ARROGARE, EXPETERE DIVINOS HONORES: UT Tempia, Arae, Consecrationem.

Primi parentes ambitione accensi, quòd ex fructu arboris scientie boni & mali diti similis evasuri essent, contra Dei præceptum porrigente serpente fructum comederunt, & se simul atque posterus infinitis malis onerant. *Gen. 3.*

Præcepit Nabuchodonosor Holoferis, ut omnes deos terre exterminaret, ut ipse solus pro Deo haberetur. *Judith. 1. c. 3.*

CÆNEUS factus elatior, quòd Neptuni munere ex puella vir esset factus, prætereaque invulnerabilis, & (ut Græci dicunt) ἀγυρῶν, in fori medullio surrectam fixit hastam, proque deo censei, sacra illi fieri, & precibus fatigati, & juramenta per illam concipi iussit. *Cælius lib. 21. cap. 16. A. L. ex Apollonii interpretibus, & Eustasio Iliad. 4.*

Ceyx Trachionum rex, Luciferi stellæ F. cum Alcynem Æoli filiam uxorem duxisset, præ nimia superbia inter deos censei, seque Jovem, illum verò Junonem vocari voluit. Deinde cum ad Clavum oraculum de statu regni con-

sulendum uxore prohibente navigaret, indignatus ei Jupiter Ænavim & ipsum in Ægeο mari perdidit. Tum Alcynem uxor viro mariti cadavere in litus eiecit, miserabiliter illum deflevit. Jupiter verò eam miseratus, in avem ejusdem nominis mutavit, & Ceycem quoque in ejusdem generis avem mactulum, quem Cerylum nominant, alii adhuc Ceycem. *Scholiastes Aristoph. in Ranas.*

PERSARUM, Medorum & Indorum reges, divinos sibi honores tribuentes, voluerunt, ut omnes regem salutantes, tanquam deos adorarent, & salutando toto corpore procienderent. Cynus primus ab exteris divinos sibi honores tribui passus est. *Alex. lib. 2. c. 19.*

COTYS Thracum rex, tanquam Palladem ducturus, nuptias magnificas apparavit. *Athen. lib. 12. c. 24.*

LYSANDER Lacedæmonius, qui Athenas cepit, cujus erat major potentia, quàm cujusquam fuisset superiorum Græcorum, majorem potentia sua fastum usurpavit. Aras ei, ut Duris tradit, Græcorum civitates ererunt, victimaque immolaverunt. In eum primùm decantati prænes fuere. Samii seiverunt, ut Junonia apud ipsos Lylandria dicerentur. *Plur. in Lysandro.*

PHILIPPUS Amyntæ F. Ægis Macedoniae certamina celebrabat. Prima luce pompa duci cepta est, in qua super maximum alium apparatus, XII. deorum simulacra inventa sunt artificio & ingentibus ædificis mirificè exornata. Cum his & XIII. ipsius Philippi signum divino habitu gestatum est. At paulo post à Paulania eodem in loco intersectus est. *Diod. lib. 16.*

ALEXANDER Magnus, Persarum regno everto, à Græcis publicè consecrationem sibi petiit. In eo igitur aliis aliis decretis approbatum: Lacedæmonii verò sic: ἐρεθὶ Αλέξανδρου βασιλεως τῆς Ἑλλάδος, id est, Posteaquam esse vult deus Alexander, esto, sanè proripium Laconicè, ac patrio more; Alexandri stupidum tumorem coarguentes. *Cal. lib. 21. c. 35. A. L. ex Æliani lib. 2. Var. hist.*

ANTIOCHUS Syriae Rex, divinos sibi honores tribuit, & cognomento Deus dici voluit. *Alexand. ab Alexand. lib. 2. cap. 11.*

Fertur Clearchus Heraclienfium tyrannus, cum effluxè fluerent opes, eò processisse, ut successu continue felicitatis supra spem humanam insolens, se Jovis filium diceret: G superque cætera flagitia & dedecora, auream aquilam sibi præferri sineret: purpureaque vestem, auream coronam, & cothurnos excellenti cultu instar tragicorum regum pro insigni haberet, hanc regalem existimans palmam velut eò ornata argumenta sui generis demonstraret. *Alex. lib. 1. c. 28.*

ANTIGONUS Macedonum Rex, quò Liberum patrem ferret, eò vanitatis excessit, ut hederam capiti suo pro diademate imponeret, pro sceptro thyrsium gestaret. *Idem.*

Princeps suorum temporum Metellus Pius, in Hispania adventu suos ab hospitibus aris, & thure excipi patiebatur, Atallicis aulais connectos parietes læto animo intuebatur, immanibus epulis apparatusissimos interponi ludos sinebat, palmata veste convivia celebrabat, demissaque lacunaribus aureas coronas velut cælesti capite recipiebat. *Val. lib. 9. cap. 1.*

M. ANTONIUS, quum Athenis debaccharetur, Dionysium se dici voluit; super theatrum schediam substruxit, virenti ornata materia, quod Bacchicis fieri genitrici fuisse, tympanis, nebridibus & Dionysiacis id genus ludicris aliis propendentibus, & ab matutino cum amicis ad ebrietatem usque decubuit, spectantibus Græcis omnibus. Perrexit & in Actopolim ad faces, & δεινὰ γυμνάσια τῶν ἀνδρῶν. *Dion. & Athen. lib. 4. cap. 7. & 1. Salsorianum Seneca.*

C. JULIUS Cæsar divinos honores admisit. *Suet.*

Cometes in uno totius orbis loco colitur in templo Romæ, admodum fastus D. Augusto iudicatur ab ipso, qui incipiente eo, apparuit ludis quos faciebat Veneri genitrici, non multo post obitum patris Cæsaris, in collegio ab eo instituto. Namque his verbis id gaudium prodidit: Iis ipsis ludis meorum diebus, sidus crinitum per septem dies in regione cæli, quæ sub Septentrionibus est, conspectum. Id oriebatur circa XI. horam diei, elatumque & omnibus terris conspicuum fuit. Eo sidere significari vulgus credidit, Cæsaris animam inter duorum immortalium numina receptam, quo nomine id insigne simulacro capitis ejus, quod mox in foro consecravimus, adjectum est. Hæc ille in publicum interiore gaudio

A toris plenus, nequaquam se commissurum, ut hominem legitime condemnatum reduceret, dixit. Quo responso illa incedit, mandata ad Belisarium misit, ut Sylvium de sede deiceret, eo pretextu, quod literas ad Vitigem Gothum scripsisset, et urbem cum Belisario tradidit. Solus ad Belisarium ubi venit, dum ab Antonina eius uxore de prodione constata interrogaretur, subdiaconus primæ regionis pallium de collo ejus abripuit, & pontificio ornata detractio, monachi vestimentum iniecit. Quo facto, Sixtus regionis sextæ subdiaconus egressus foras clero nunciavit, Sylvium pontificatu se abdicasse, & monachum induisse, proinde se ad alium pontificem subrogandum parat. Inde Vigilus diaconus, Agapeti comes (qui pontificatus adipiscendi, & decem centenariorum auri pondere se Constantiopolim Theodora promiserat se Anthimum restitutum) Belisarii suffragatione suffectus est. Sylvius autem Pataras in Lyciam relegatus, Theodora Augusta Romanam misit, qui Vigilium pontificem moneant, ut Anthimum quemadmodum promiserat, Ecclesie sue restitueret. Cui Vigilus respondit, se haudquaquam adduci posse, ut hominem hereticum, & ab Agapeto ac Sylvio prædecessoribus suis damnatum, restitueret, quod illa agrè tulit, sed ulionem in aliud tempus reservavit. Vigilus post monitus est a Belisario, ut Anthimum restitueret, & duo promissa centenaria redderet: quorum alterum timore Romanorum, alterum avaritia occacatus se facturum negavit. Justinianus autem precibus Episcopi Patrensis adductus, iussit, ut Sylvius Romam reduceretur, & iudicio de literis ab eo scriptis constituto, si veras eas fuisse probatum esset, in quacumque ei civitate esse liceret: si falsas, ut sedi suæ, expulso Vigilio, redderetur. Sylvio in Italiam reverso, Vigilus ne sedem amitteret veritus, se omnia quæ promiserat præstiturum, Belisario affirmavit, si sibi Sylvium tradidisset. Ita Belisarius Sylvium duobus Vigilii defensoribus tradidit, à quibus in Palmariam sive Pontiam insulam deportatus, ibi inedia maceratus expiravit, ut Liberatus in libro de consiliis tradidit. Septennio post Romani quidam Vigilium pontificem apud Justinianum accusarunt, quod Sylvium prædecessorem suum abdicandum curasset, quod Romanos male habuisset, & quod mortem homini attulisset: nam notarium ipsius alapa ab eo percussum interisset, & filium cuiusdam viduæ obrutum calcibus expraessisset. Tum Theodora occasione ulciscendi arrepta, Anthimum scribam suum Romam misit, jubens, ut quocumque in loco Vigilium inveniret, præterquam in basilica S. Petri, comprehenderet, & impositum in navim ad se adduceret. Qui veniens, comitatu assumpto, Vigilium in æde sanctæ Cæciliæ decimo Kalendas Decembris (nam eo die sanctæ Virginis natalitia celebrantur) munera populo erogantem offendit, & captum ad Tiberim extemplo deduxit, atque in navim in Græciam evehendum imposuit. Qua re animadvertens, populus magnopere doluit, ac continuo subsecutus, ut precationem acciperet, eaque accepta, respondit, Amen, ac continuo navis amota est. Vigilus de Sicilia deductus Constantinopolim, in Vigilii dominicæ Navitatis urbem ingressus est, quem obvis Justinianus tanta comitate excepit, ut lacrymas osculaque reddiderit: plebs autem honoris ejus causa usque ad ædem S. Sophiæ pfallens incescit: Ecce advenit dominator dominus. Postero autem anno, sollicitus iterum ab Augustis, ut Anthimum restitueret, se facturum negavit, minantibusque illis dixit: Videte, ne non ad Justinianum & Theodoram venisse, sed ad Diocletianum & Eleutheriam: facite, ut liber: digna enim factis recipio. Hæc dicentem percussit, cum alapa quidam, qui aderat, inquit: Homicida nefcis, quibus locum loquaris nefcis, te Sylvium pontificem occidisse, & filium viduæ calcibus aluisse? Tum fugiens in ædem S. Euphemie columnam altaris amplexus est. Inde ejectus, per totam urbem tractus, atque in carcerem traditus, modico pane & aqua vitam miserè toleravit: Clerus autem Romanus, qui cum eo erat, ad metalla effodienda est amandatus. Mortua Augusta, micus cum illo & sociis actum est: neque tamen ante novennium, Narsete deprecatore, dimissus, cum omnibus in Siciliam revectus, Syracusarum in urbe cum esset, fævo calculi dolore oppressus obiit. Sig. lib. 20. Imp. occid.

Mortuo Conone, populus Romanus bifariam divisus, hinc Theodorum, hinc Paschalem Archidiaconum petebat. Irruperat jam Theodorus cum factione sua in interiorem partem Episcopatus Lateranensis: exteriori verò Paschalis occupaverat, ab oratorio S. Sylvestri usque ad basilicam do-

mus Julæ, quæ campo imminet. Verum cum ibi tanta E altercatio & rixa esset: de pugna ambigeretur, cum alter alteri cessurus non videretur, nisi vi & armis pulsus: principes civitatis cleri militiæque Romanæ unum in locum sedentes, quod maxime fieri oporteret ad tollendam seditionem, consulunt. Tandem verò re ipsa discussa, cum neutri eorum, qui ob ambitionem tantos motus conerant, demandandum pontificatum conferent, nemine adveniente, Sergium pontificem deligunt: eundemque de media turba humeris tollentes, primò in oraculo Casarii martyris, mox in Lateranensem Episcopatum detulerunt, retracts vi foribus, repulsisque his, qui locum occupaverant. At verò Theodorus, cognito omnium consensu, Sergium pontificem salutari & osculatur. Idem fecit Paschalis alter competitor, licet invidus, cogente multitudine quæ armis circumstrebat. Hic tamen clanculum Joannem Platina Exarchum Ravennatem concitavit, ut quæ antea pollicitus erat, largitione corruptus (nam thesauri Pontificii dispensator sub Conone fuerat) tandem præstaret, ut idem Joannes Romam confestim veniret, nullis præmissis nunciis, quod negligentes & incautos opprimeret. Verum ubi intellexit Sergium omnium consensu pontificem declaratum, instareque, ut quæ Paschalis pollicitus erat, sibi præstarentur, adversante Sergio, quod tantam largitionem improbareret, donaria quædam ex basilica Petri suscipit. Verum Paschalis tanti mali causa, & magices accusatus & convictus, ut fortilegus Archidiaconum privatur, in monasteriumque penitentia causa retrahitur: ubi quinquennio post, eadem semper pertinacia usus, moritur. Platina & Sigon.

Mortuo Paulo I. Desiderius Longobardorum rex, liberatus omni metu Pipini regis morte, Totoneum Nepesinum ducem adhortatur, ut Constantinum fratrem vi etiam, quando largitione & ambitione fieri non possit, Pontificem delegat. Is Romam cum exercitu profectus, Constantinum Pontificem creat. Fuit enim qui Philippum quandam huic præponeret, qui statim abdicare se magistratu armis compulsus est. Cognit & Gregorius Prænestinus Episcopus. Constantinum ipsum laicum sacris statim initiare, atque Episcopum jungere. Cujus manus ita ob eam rem exaruisse miraculo dicuntur. Et eas orti admovere non possit. Cum verò Constantinus munera pontificatus per annum obtulisset exercuisset, tandem de sede dejicitur a populo Romano, ira & indignitate re percipit, in ejusque locum omnium suffragis Stephanus III. sufficitur. Hanc ob rem Constantinum in basilicam Salvatoris perductus, videntibus omnibus, ac sacris canonibus perlectis, ut fieri solet, deposito pontificali habitu, magistratu se abdicavit, in monasterio vitam privatam ducere iussus, licet ostenderet, quæ adhuc egerat, majorum exemplo fecisse, quod & Sergius Ravennatum Archiepiscopus, & Stephanus Neapolitanorum, ex laico Episcopus creatus sit: Indictio autem Concilio Lateranensi, ejus abrogata sunt decreta, & institutum, ne quicquam laicus, nisi per gradus Ecclesiasticos ascendens, pontificatum occupare auderet, sub anathematis pena. Promulgatum est item, ut qui Episcopatus dignitatem Constantinis tempore consecutus fuerant, magistratu se abdicantes, ad pristinos ordines reciderent. Quod si istorum vita & doctrina à populo probata fuisset, placere, ut ad sedem Apostolicam venientes, denuo consecrarentur. Idem de presbyteris & diaconis judicatum. Constitutum præterea, ut quæ Constantinus in re sacra egisset, irrita haberentur, præter baptismum & chrisma. Platina.

Stephano V. Pontifice morte ablumpto, comitiis novo creando Pontifici habitis, diffusum gravissimum est eorum, factionibus, quæ Romanam civitatem tenebant, parum in legendo succedere consentientibus: Alberti enim Comitis Tusculani factio Sergium Comitem Tusculanum Pontificem declaravit, atque consecrati causa ad altare admovit, hominem nulla re, nisi splendore familie, commendatum. Hominis indignitate offensa contraria factio, Formosum intulit, virum inter ceteros elegantia doctrinæ, morumque probitate præstantem. Itaque Sergium ab altari removerunt, ac Formosum ipsum consecraverunt. Inde totus Formosi pontificatus assiduis Sergianorum contentionibus fuit infestus, Vidone Imperatore evideret Sergianis favente. Vidone autem pulso, vomita sanguinis extincto, cum Arnulfus Germanorum rex Berengarium restituisset, Sergiani verò Lamberto Vidonis F. faveret, Formosus Arnulfum Romam exivit. Is urbe capta, Sergium expulit, ac Sergianus omnes, qui sibi obstrerant, inter-

A terecit: neque aut pueris, aut mulieribus, aut sacerdotibus, sacratissime virginibus ipsis pepercit: atque ad extremum, se à Formoso Imperatore & Augulium inungi imperavit. Formoso mortuo, Bonifacius VI. post biduum est suffectus, cum diaconatu & presbyteratu ejectus per tumultu populum, à Sergianis pristinus esset ordinibus restitutus. Eo vero post dies quindecim est humanis rebus exempto, Stephanus VI. à Sergianis creatus, nihil prius habuit, quam ut Formosi pontificatum exterminaret. Quæ Episcopus Clericisque adhibitis conventum habuit, atque ad eum de Formosi comitiis, ac iisque pontificiis retulit. Quæ relatione Sergiani erecti, basilicam Vaticanam per speciem expilanti thesauri tumultuose ingressi sunt: ac violato Formosi sepulchro, cadaver ejus extraxerunt, ac iussu Stephani in conspectum conventus producerunt. Quod oculis Episcopo objectum Stephanus pontificalibus vestibus exui, & laicalibus indui iussit, & conventum metu, minisque, ut Formosum tanquam simoniae compertum damnaret, adiecit. Damnamur verò Sergiani ira ac libidine inflammati proejeerant in Tiberim. Neque verò hac injuria contentus B Stephanus fuit: quin etiam omnium Formosi pontificatus acta recidit, atque imprimis eos, qui initiati ab eo fuerant, exactoravit, & Arnulfum regem, quem Formosus metu consecratar, Imperatore vitio factum esse pronuciavit: Lambertum verò Regem Italie, factionis sua partes exemplo patris foventem, inunxit Imperatore. Mortuo Stephano, in ejus locum subfectus Romanus, ex Constantino Carfanti quondam Pontificis fratre genitus. Hic Formosi causam tanquam à Stephano inique oppugnatam suscepit. Erat enim civitas tacita religione perflua. Nam cadaver Formosi, quod Sergiani in Tiberim jecerant, cum fluitans ad oras Tiberis pervenisset, sæpius ab actu marino rejectum piscatores quidam invenerant, & cum in basilicam Vaticanam reportaretur, Sanctorum illum imagines venerabundè salutasse fuerant visæ. Itaque novo conventu Episcoporum habito, Stephanum neque ordine, neque rectè fecisse pronuciavit, quod in Formosum adeo impotenti animo deservisset. Eo verò intra quinque mensium spatium morte sublato, Theodoros II. est subrogatus, qui eandem causam amplexus, omnes etiam à Formoso initiatos, quos Stephanus abdicarat, pristinis ordinibus reddidit. Quo post dies viginti defuncto, Albertus, factionis princeps, qui se pontificatu, atque adeo etiam principatu Romano defectum videbat, Sergium iterum inferre contendit: verum ab adversariis victus ac repulsus est. V. Idus Septembris Joannes IX. diaconus, ex contraria factione creatus est. Postero Joannes Pontifex celebre habere concilium statuit, idque meru Sergianorum, qui in armis ob secundam Sergii repulsum erant, Ravennam indixit. Pontifice atque Lamberto Imperatore præsentem, dixit ex ordine sententias, acta conventus à Stephano habita infirmata: Arnulfi Regis imperatris consecratio, ut metu extorta, rescissa: violatores sepulchri cadaveritque Formosi damnati: Formosus, ut qui propter necessitatem ex Portuensi Ecclesia ad Romanæ administrationem venisset, Pontifex confirmatus: verum, ne quid simile posthac in Ecclesia fieret, sanctum: facta Lamberti Imperatoris inunctio confirmata. Quin etiam statutum, ne Pontifices designatos, nisi in conspectu legatorum regionum suis esset consecrati: in quo superiori decreto Hadriani est abrogatum, ad vitanda, quæ in comitiis oriebantur, diffidia. Sigon. l. 6. regni Italici.

In Benedicti IV. locum Leo V. est suffectus. Hominem incautum, & parum tractandis rebus idoneum esse cum animadvertisset Christophorus sacerdos ejus, quadregesimo, quam consecratus fuit, die, accitis sociis eum comprehendit, atque in custodiam traditum abdicare coegit, atque ipse se Pontificem facere novo exemplo non dubitavit. Hujus inde audaciam imitatus Sergius, qui bis jam ab adversariis de pontificatu fuerat deturbatus, illum exigere, & semetipsum inferre constituit. Itaque ne adversæ potentia factionis opprimeretur, Adelbertum Tuscia marchionem, ut sibi auxilium ederet, oravit, & conspiratione facta, Christophorum se abdicare, atque monasterium inire coegit, ac sedem occupavit. Is Sergius III. appellatus, Pontificatum male partum nullo tamen insigni probro fœdavit. Neque enim Formosi cadaver ex sepulchro probro fœdavit. Neque annos extra domum, ut quidam scribant, est verisimile. Eo mortuo, suffectus est Anastasius IV. Anastasius deinde successit Landulpho, nisi in pontificatu getta nobilitatus. Eo mortuo, Albertus Tusciae marchio, Theodora socrus instin-

ctu, neque ex Ecclesia Romana, sed ex Ravennati, neque E clerici suffragis, sed propriis opibus, successorem Joannem Ravennatem Archiepiscopum dedit. Is Joannes decimus est vocatus. Sigon. lib. 6. regni Ital. Item Naulerus Thrint. Chron. Hirsauz. Kanulf. lib. 6. cap. 4.

Stephanus Bavarus Clementi II. venenum miscuit, moxque ab ejus interitu, sine cleri, populive suffragio, sacram invasit sedem, seque Damasum II. vocavit. Uique adeo mos inoleverat, Apostolicæ sedis per vim & dolum occupandæ. Sab. Emg. lib. 2.

BENEDICTUM IX. Romani sede sua exegerunt, quia vir simplex & ignavus erat, ac simoniacè papatum invaserat: ut Sigiberti. commemorat. In locum ejus substituerunt Joannem Sabinum Episcopum, sub Sylvestri III. nomine. Iste quoque cum vix 29. dies cathedræ præfuisset, restituitur Benedictus. Qui illarum mutationum pertasus, pontificatum Joanni Gratiano Archidiacono S. Joannis ad portam Latinam resignavit, circa annum 1044. qui Greg. V. nomen accepit. Phrisingenf. l. 6. cap. 32. ait, se Romæ audivisse, quod isti tres Pontifices simul Romæ papatum tenuerint, sedesque & reditus inter se partiti fuerint, ita ut unus ad S. Petrum, secundus ad S. Mariam majorem, tertius, nempe Benedictus, in palatio Lateranensi resederit: ac denique istos tres pecunia Gratiani presbyteri persuasos, ut se pontificatu abdicarent. Gratianus inde pontificiam sellam conscendit. Eam ob causam Cæsar Henricus III. Romam exercitum duxit, ne fineret Simoniacorum cupiditatibus pontificatum tam sceleratè vitari. Gregorius, cum Sutrium excurrisset obviam Imperatori, tentatus, ad prædam suam argento emptam retinere posset: synodus eo loci coacta, de simonia convictus, in Germaniam in exilium ablegatur. Substituitur Sindegerus, Bambergensis Episcopus, omnium consensu, qui Clemens II. est nominatus. Platina, Onuphr.

Mortuo Stephano IX. Tusculani Comites more suo pti-motibus sibi mercede conciliatis, nocta cum armatorum caterva in ædem irrumpunt, & propinquum suum Joannem Episcopum Veliternum, Pontificem, Episcopis, & Cardinalibus adversantibus, creant, atque eidem in diversas partes dilapsis, presbyterum Ostiensis Ecclesiæ, hominem omnium literarum ignarum, ad Apostolatus culmen provehunt, & Perrum Damiani Ostiensem Episcopum reclamantem, atque omnes diris gravibus devotentem, viad vicum colendum compellunt: deinde populum divisa per vicos pecunia ad adorandum invitant. Is Benedictus X. est vocatus. Inter hæc Hildebrandus legatus in Italiam se recepit, & annitente Godofredo Tuscia Duce, Gerardum Burgundionem, Episcopum Florentinum nominavit, atque eodem mense unâ cum ipso & Duce Romam perrexit. Ibi Gerardus à clero & populo in sede Apostolica positus, Nicolai III. nomen assumpsit: ac subito ad abrogandum Benedicto pontificatum, conventum Sutrii indixit. Benedictus extemplo tacita quasi religione perflus, se abdicavit, piorum tamen communionem à Nicolao cum suis favoribus omnibus exurbatus. Sigonius lib. 9. regni Italici.

Nicolao II. mortuo, Alexander II. qui paulò ante Nicolai in Germania fuerat legatus, creatus abiens, Romam auxilio Godofredi Tuscia Ducis perducitur, atque imminente Romanorum seditione, statim sine Regis auctoritate consecratur. Henricus IV. Germanorum Rex jam inde ab initio discordiæ, à Romanis quibusdam exulibus, ut verè H in castro Pontificem daret, instinctus, Episcopos in eam rem ex Italia revocavit. Ubi verò Alexandrum per Cardinales injusti suo consecratum audivit, ex matris & atque Placentino & Vercellensi Episcopis ad se profectum pontificem renuciavit, & Honorium II. vocavit. Cadaloum excepit Gibertus Lombardiæ præfectus: quem Mediolanenses, & pleraque Lombardiæ civitates Episcopis suis auctoribus sunt sequute. Alexandrum verò Godofredus Dux Tuscia, unâ cum Mathilde conjuge, recepit in clientelam: Gibertus Cadaloum Romam consecrandum adduxit, Romani cum valida Tuscorum manu irruptionem Lombardorum, licet plerique suorum aut in prælio cæsis, aut in Tiberi submersis, prohibuerunt. Gibertus metuens ne à Mathilde circumveniretur, ab Urbe recessit, & Cadaloum Mediolanum rediit. Ineunte vere Cadaloum à principibus Romanis, quos interim spe premiiisque corruerat, revocatus, nocturnis ad occultandum adventum conse-